

DE  
ROMANORVM  
ET VENETORVM  
MAGISTRATVVM  
INTER SE COMPARATIONE  
libellus.

GVERINI PISONIS SOACII  
I. C. PATAVINI.

Ad l. i. ff. de officio eius cui mandata  
est iurisdictio.  
ac in præcedentes Magistratum titulos.

PATAVII,

Apud M. Antonium de Galassis.

M D LXII.



Coll Soc. L & S V Saln., ex dono Regum.

M. ANTONIO A MVLIO  
ni autem R. E. G. A. R. D. I. N. A. L. i  
n. o. g. o. p. a. n. i. L. U. V. S. T. R. I. S. S. I. M. O.  
s. i. n. o. f. f. e. l. i. h. i. s. T. I. T. I. S. M. A. R. C. E. L. L. I.  
s. i. o. p. s. a. m. i. x. e. r. t. r. o. q. o. b. e. c. t. i. L. i. c. e. r. o. u. d  
s. a. b. n. Guerinus Piso Soaciis. S. D. P.



## CIPIONE M

Africanum dicere so  
litum accepimus Car  
dinalis amplissime,  
nunquam se minus  
otiosum esse, quam  
cū esset otiosus, Ego  
vero illud e diuerso  
dicere possum, nun  
quam me minus negotiosum esse, quam cū sum  
negotiosus, & si enim perpetuis negotiorum  
undis iam inde ab incunabulis sic inuolutus us  
que fuerim, ut emergere in otium, ac quietem  
homine libero dignam, nulla unquam arte po  
tuerim, quasi mihi cum fato res sit, igniculos ta  
men quosdam a natura suscitatos in me metip  
so persentiscebam, qui sic cum annis uenienti

De Roff. 9. 7. 1515.

DE

# ROMANORVM

ET VENETORVM

MAGISTRATVVM

inter se comparatione.

GVERINI PISONIS SOACI

I. C. PRATAVINI.

Ad L. i. ff. de officiis, et cui mand. est iurisdictio iuxta ordinem  
Pomponij iureconsulti in l. i. ff. de orig. iur.



IX alius est tractatus magis utilis aut necessarius iurisprudentiae candidatis, quam hic de magistratibus, quem agredimur, vix alius rursum quem superiorum temporum iurisperiti magis negligenterint, ac velut clavis oculis pertransierint, dum historicam hanc cognitionem tanquam superuacuam aspernatur, in qua tamen maiore pars cognitio-  
nis iuris versatur, nam non est quod Romani iuris elegantiam recte percipias, nisi teneas incunabula eius, & principia, quae ex magistratum institutione colliguntur, quod Caius multa gratuitate probat in l. i. supra de orig. iur., sed fuerit id temporum vitium, recentiores certe Budeus, Zasius, Cagnolus, Corasius, aliique non in celebris nominis iureconsulti hoc ita agnouere, ut non aliam iuris partem diligenter ac plenius interpretandam putauerint, non minus se totius Romanarum historiarum iurisprudentiae consultos ostendentes, verum quia ita natura comparatum est, ut iudiciorum quantumvis diligens efficere adualeat, quin spicilegium relinquatur, ideo non tanquam perfectum

A